

nome meriti atq; peccato; tra fiat etiam homo ad imaginem et simi-  
 litudinem masculus et femina id est intellectus et actio. quorum  
 copulatione spiritalis focus terram impleat id est carnem subiciat  
 et cetera quae iam in hominis perfectionem superius dicta sunt.  
 In istis autem tamquam diebus uespera est in ipsa perfectione singu-  
 lorum operum et mane in inchoatione consequentium. Post istorum  
 quasi sex dierum opera bona ualde. Speret homo qui se in peccatum  
 et intellegat. quid sit. requi eundem septimadie. ab omnibus operi-  
 bus suis. quia et ipse in nobis. haec bona operatur. quia <sup>in</sup> opere mur-  
 ubet. et recte ipse requiescere dicitur quia post haec omnia opera  
 requies nobis ipse praestabit. Quomodo enim recte dicitur pater  
 familias edificare domum. cum hoc non opere suo fiat. sed eorum  
 quibus seruientibus imperat. Sic recte dicitur et ab operibus  
 requiescere. quam <sup>post</sup> perfectionem fabricae illis quibus imperabat  
 per mit ut ut uacant et iocundo otio perfruantur.

### EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS.

**P**ost enumerationem et expositionem dierum septem. interpo-  
 sita est. quasi quaedam conclusio. et appellatus est liber. creature  
 que quid superius dictum est. cum sit par uae par libri. et ideo  
 sic meruit uocari quia uniuersa seculi accipit usq; ad finem.  
 quasi breuis aqua imago in his diebus septem figurata est.  
 Deinde incipit de homine diligentius narrari que omnis nar-  
 ratio. non apte sed figurate explicatur ut exerceat mentes  
 quarentium ueritatem et spiritali negotio a negotiis carnalibus.